Despues el Priete Asperxa el Clero; luego al Pueblo , diciendo con los Ministros en el entretanto el Psalmo de Miserere, con voz baxa. Antifona. **Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem de albabor.**

Psalmo.

Miserere mei Deus , secundum magnam misericordiam tuam. Gloria Patri , & Filio , & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in saecula saeculorum, Amen. Y se repite la Antifona **Asperges me.**

Y asi se dice en todas las Dóminicas de todo el Año: excepto, que en el Domingo de Passion, y en el Domingo de Ramos , no se dice **Gloria**, sino despues del Psalmo **Miserere**. Inmediatamente se repite el Antifona. **Asperges me.** Excepto tambien el tiempo de Pascua, que es desde la Dominica de Pascua hasta Pentecostes , en el qual tiempo se dice la Antifona siguiente.

V idi aquam egredientem de templo à latere dextro, alleluia: & omnes , ad quos peruenit aqua ista, saluti facti sunt, & dicent alleluia. **Psalmus.**

C onfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in saeculum misericordia eius. Vers. Gloria Patri, & Filio, &c. Y se repite el Antifona. **Vidi aquam.**

Pero en la Octaua de Pentecostes, se buelua a decir: **Asperges me Domine.** En el dia santo de Pascua , y Pentecostes , donde ay Pila de Baptismo , se haze el Asperjorio con el agua , que el dia antes se bendixó en la Pila del Baptismo, tomandola antes que se le infunda el Olio y Chrisma.

Acabada la Antifona conforme lo dicho , el Sacerdote

que

que aspergo el agua, bolviéndose al Altar, estando en pie delante las gradas del Altar, juntas las manos, diga:
Vers. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

Y en el tiempo Pascual se añada: Alleluia. Resp. Et sa-
lutare tuum da nobis. Vers. Domine exaudi orationē
meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Do-
minus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Exaudi nos Domine Sancte, Pater omnipotens, æter-
ne Deus: & mittere digneris Sanctum Angelum tuū
de cœlis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque de-
fendat omnes habitantes in hoc habiculo. Per Christū
Dominum nostrum. Resp. Amen.

De reconciliatione Ecclesiæ pollutæ.

Canones huius reconciliationis.

**Cum Ecclesia consecrata^a polluitur, eius re-
conciliatio pertinet ad Episcopum, adçò ut nec de ip-
suis licentia Sacerdos, qui Episcopus non sit, huins-
modi Ecclesiam reconciliare posse: secūs si solummo-
do sit benedicta^b tunc enim reconcilianda est per
Parochum, poteritque de Episcopi licentia per quem
vis alium simplicem Sacerdotem reconciliari.**

**Ecclesia non est polluta censenda, ut reconcilia-
tione egeat, cum pollutionis causa intra parietum ip-
sius ambitum non contingit^c nimirum aut subtus**

^a De cose.
Ecclesia l.
alt. c. aqua
& c. propo-
suisti.

^b Bodem.
c. si Eccles-
ia, & c. cō-
sulnisti.

^c Glos. c. nico de cō-
sec. Eccles.
lib. 6.

Reconciliatio

in subterraneis, aut supra, ut in exteriori parte fornicis, vel tecti, aut extra Ecclesia limina, vel etiam intra, non in templo, sed in cameris adiunctis, aut in sacrificia, turri, &c. Camiterium autem, & Capella quia benedictionem participant, ad Ecclesia ambitum pertinent, cum eiconiuncta sunt.

3. Si contingat pollui Ecclesiam, non illa solum, sed etiam camiterium coniunctum, aut semotum reconciliandum est secus cum pollutis contingit solum camiterium. Nam tunc ipsum duntaxat, & non Ecclesia reconcilianda est.

4. Polluunt Ecclesiam, vel camiterium quatuor bac*1.* homicidium, aut effusio sanguinis iniuriosa, & grauis. *2.* Emisio semenis humani viri, vel foeminae, quocumque carnali actu contingens, videlicet aut matrimoniali copula, aut quavis alia illicita ut adulterio, fornicatione simplici, bestialitate, aut sodomia, quavis ve alia effusione voluntaria semenis etiam extra copulam. *3.* si sepeliatur in Ecclesia, vel camiterio excommunicatus. *4.* si sepeliatur infidelis. Omittimus vero casum in quo Ecclesia polluitur; si per Episcopum excommunicatum publicè consecretur, quoniam huius reconciliatio ad solum Episcopum pertinet.

5. In duobus postremis casibus prius quam Ecclesia reconcilietur, exhumanda sunt corpora infidelis, seu pagani, & excommunicati, & extra Ecclesiam ejicienda.

a. De conse
cr. Eccles.
c. si Eccle
siam.

b. De conse
er. Eccles.
c. cōsulisti
& c. si Eco
clesiam &
c. consulisti
, & eodē
li. b. c. vni
co, & de cō
scr. d. i. c.
Ecclesiam,
& Glossa.

De cons.
diffiniti. 1.
c. Ecclesiā.
1. & 2.

6 Deniq;

6 Denique ad primam causam, qua Ecclesia violari solet, non est opus, quod homicidium ita fiat intra illam, ut in ipsa percussus ibide etiam moriatur. Nam satis est aut in Ecclesia lethaliter percuti, aut ita tractari, ut propterea sine ibi, sine extra moriatur. Polluitur etiam Ecclesia effusione sanguinis, sine hic, vi effundatur e corpore vivi, sine defuncti. Vel esto non effundatur intra Ecclesiam, dummodo ibi fuerit illata vis, seu vulnus, unde fit effusio.

7 Nisi violationis Ecclesia causa notoria sit b ipsa non est reconcilianda. Est autem notorium factum, ut Ecclesia reconciliatione indigeat, cum est publicè manifestum, ac per vulgatum, aut iuridica rei confessio-ne, vel legitima probatione testium : c Demum dum Ecclesia egens reconciliatione ita non mundatur, mi-nime licet in ea Missas dicere; aut alia diuina officia celebrare.

Ritus reconciliandæ Ecclesiæ violatæ.

Quando alguna Iglesia fuere violada en alguno de los casos, que se declaran en los Canones de arriba, el Cura ò Presbytero, que la quiere de reconciliar, saldra al lugar contaminado revestido con Alua, Estola, y Capa, ò Sobrepelliz, Estola, y Capa, si la quiere morada, con el Sacristan, y Monacillos con Cruz, luces encendidas, hysopo, y agua bendita, y en llegando, diga con los cir-cunstantes.

^aGlos. in c.
vnico de cō
secr. Eccle.
lib. 6.
^bGlos. ibi
dem.

^cc. signifi
casti de a-
dulterij.s.

Reconciliatio

In nomine Pa tris, & Fi lij, & Spiritus Sancti, Amen. Aña. Asperges me Domine hyssopo, & mūdabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Luego començaran el, y los demás el Psalmio de Misericordia. y lo prosiguirán hasta el fin con su Gloria Patri: y en el interin irá echando agua bendita con el hyssopo en el lugar contaminado, y por toda la Iglesia, quando esta se vuiere de reconciliar, y no solo el Cemeterio, segun lo dicho en el Canon tercero.

Acabado el Psalmio, y auiendo llegado al Altar mayor, puesto ante el, repita la Antifona. **Aasperges me Domine hyssopo, &c.** Y prosiga diciendo:

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c. Vers. Et ne nos inducas in tentacionem. Resp. Sed libera nos á malo. Vers. Domum tuam decet sanctitudo Domine. Resp. In longitudine dierum. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus

Deus, qui dixisti, domus mea, domus orationis vocabitur; domum istam sanguinis effusione, vel spurciis contaminatam mundare, & Sancti ficare digneris; vt omnium preces, & vota in hoc loco ad te claman- tium, clementer exaudias, & benigne perficias. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen. Oremus.

Deus, qui sacrandorum tibi auctor es munera, ef- funde super hanc domum bene dictionem tuā; vt ab omnibus hic invocantibus nomen tuum defensio- nis tuæ auxilium sentiatur. Per Christum. Oremus.

Deus

D Eus, qui omni loco dominationis tuæ, clemens, atq;
benignus dedicator, & sanctificator assilis; exaudi
nos, quæsumus, per merita tuæ Sanctæ Passionis; & per
intercessionem Beatissimæ Virginis Mariæ, & omniū
Sanctorum concede, vt in posterum inuiolabilis huius
loci permaneat reconciliatio: & beneficia tua ad te cla
mantibus, in hoc sancto Templo, & ubique percipere
mereantur. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, in unitate
Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum,
Rcsp. Amen.

De Exorcismis ad expellendos Dæmones.

Canones Exorcismorum.

1 *Exorcizare ad expellendos & vel fugandos da
mones, & eorum vim auertendam munus est illo
rum, qui exorzistarum ordine quarto inter mino
res initia sunt: verum ex consuetudine iam non ni
si Sacerdotibus committitur, potissimumque rectori
bus Ecclesiarum.* b

2 *Eum autem, qui hoc munere fungitur, oportet
non esse auarum, non immodestum, non turpem, sed
optimis moribus bene compositum, cuius bona vita
odor spargatur ubique quamvis interdum Deus (in
quo, & non in se debet semper exorzista fidere) dæmo
nes medijs malis ministris ejiciat, ut semper boni ef*

a 21. dist.
tinct. c. Cle
ricos, &
23. dist. c.
exorzista,
et de conse
cr. dist. 5.
c. omnide.
b S.Th.3
p. q.71.ar.
4. et in 4.
dist. 6.q.2
a.3. quast.
3.

fectus ipsi sit gloria, non illi, qui ejicit in Iesu Christi nomine.

3. Demoni acorum duplex genus est. Alterum eorum, in quorum corpora vere ingreditur demon: alterum, quorum corpora solum obsidet, ac torquet, prasertim melancholici humoris commotione. Quocirca hi solent esse tristes, cogitabundi, quasi terrore nimio perculsi, temerè trepidantes, & stupidi. Querunt præterea præ tristitia solitudinem, fugiunt hominum consorta, crebro flent, consolacionem non admittunt. Priores verò, quorum corpora ingressus est demon, & quadam indicia huiusmodi edere solent, & maiora subjiciunt, nempe violentissimos impetus, membrorum contorsiones, & acerbissimas percussiones sui. Rumpunt interdum arctissima vincula, spumant, revelant secreta, loquuntur idioma ta, ignota præsertim patienti, & cetera huiusmodi, de quibus consulendi sunt Doctores.

4. Ut autem exorcista discernere melius possit, an demoniacus sibi oblatus sola immoderata tristitia laboret, & apta labori adhibere remedia; roget seorsim patientem, num aliquo enormi scelere teneatur obstrictus, aut aliquo graui aduersa fortuna & casu fuerit perculsus, atque ut confidentius, & liberius verum fateatur oppressus, benigne ipsum tractet, illi compatiatur, & misericordie viscera ostendat, secretis signum affueranter polliceatur, ac demum interrogando

ad singularia prudenter descendat, attenta persone qualitate, ac status ratione.

5 Si melancholia laborantem inuenerit, & non aliter oppressum à dæmons : ut sanitatem posse obtinere, persuadere illū contendat, ut fidelis, & integræ confessione animum purget, & Eucharistiam sumat, idque postquam semel praefliterit, sepius deinde frequentet, & ut vel manuum labore, vel alijs honestis exercitationibus curet semper fallere tempus potissimum ut orationi pro suo captus, & lectioni, aut pijs amicorum coloquijs incumbat: & ut hæc melius exequatur, ipsum Sacerdos instruat in spirituali vita, & ratione. Demumque consulat, ut medicamentis, cibo, potu, & recreationibus honestis iudicio Christiani, & periti medici aptis utatur. Proderit etiam sacra fieri, seu Missas dici curare pro cuiusque devotione. Potissimum vero de Sanctissima Trinitate, de Beatissima Virgine, aut eius Coceptione immaculata, de Angelis, &c. Præterea que Euangelia super se petere dici, vel legicum impositione manuum aut sacrarum vestium, vel reliquiarum contactu, ieiunia frequentare, erogare eleemosynas, & quævis alia pia misericordia opera exercere.

6 Ad hoc primum demoniacorum genus, reuocari debent maleficiati, seu quibus sagarum præstigia solent officere, qui vel propterea tabe consumuntur, aut internos viscerum dolores sentiunt, aut im-

33.q.1.c.
si perfor=tiarius.

pedicantur à generatione, borumq; indicia Doctores
præsertim recēiores in libris de Magia solent comu-
lare. Hos autem curare non licet alijs adhibitis male-
ficijs, aut noua superstitione, sed purgatione confes-
sionis sacramentalis, sacris precibus, ieunij, &c elec-
mosynis, ac demum Ecclesiasticis exorzismis. Quod
si contingat in manus eorum, quibuiusmodi labora-
tum spiritualem curam gerunt, deuenire illa, in qui-
bus maleficium situm esse perhibetur, ut offa mortuo-
rum, penna inserta, cereum idolum acubus transpon-
etum, &c. Dissipet ea intrepidè, comburat veigne,
caueatque vulgares superstitiones hac in re. Praeser-
tim proiecendi hac in profluentem fluvium, & si que-
sunt alia.

Vt indicijs externis solet se prodere interna
præsentia demonis vexantis in miseric oppressorum
corporibus, ut si in capite, aut per corpus oppres-
sient exorcizans violentissimum frigus, aut feruen-
tissimum astum, aut inusitatos motus, quasi animal-
culorum intus discurrentium, ut ranarum, &c. aut
constrictiones, præclusiones, & obstrunctiones guttu-
ris molestissimas, aut monstruosas membrorum, & os-
sum obliquitates, & huicmodicatera: ita interdu-
stutus demon conatur se occultare, cum exorzis-
mis premitur: sed prudens Sacerdos se decipi non per-
mittat, & quibusvis demonum fallatijs ab exor-
cizando non deficiat. Minus vero vincatur demo-

num proteruia , sed perseverans semel ac iterum exorcismorum repetitione, & longanimifidutia augendo pœnam plures horas continuas impendat, plusque dies perseveret repetens, & creaturam Dei ab hac dira hostis vexatione liberare contendat.

8 Denique locus exorcizando aptus, ac deputatus Ecclesia est. Si verò contingat oppressum ad Ecclesiam morbo, aut alio quouis interueniente impedimento graui non posse deferri , poterunt exorzismi in privatis domibus fieri decentia, & grauitate servata.

Ritus exorcizandi oppressos á Dæmone.

Aviéndose celebrado Missa , para impetrar la salud del enfermo , y para mayor fuerça de los sagrados Exorzismos, el Sacerdote , ó Diacono, que vuiere de exorcizar reuestido con Sobrepelliz, y Estola, ó con Sobrepelliz, y Manipulo, si fuere solo Subdiacono , ó con sola Sobrepelliz , si fuere puramente exozista , haga traer vna vela encendida, y vn Crüzifijo, ó Cruz, que poner en manos del paciente, y alguna, ó algunas Reliquias, que ponelle sobre el coraçon, ó cabeza , ó sobre la parte , que el Demonio mas sensiblemente atormentare, y incienso, para que si fuere menester se bendiga, y se quemé en fuego bendito, y se sahume el endemoniado, tambien hyssopo

Exorcismi

y agua bendita para rociar, quando fuere menester, algun endemoniado; y aduierta q con su imperio, y recauto se cuite, no haga el Demonio alguna indecencia con la Cruz, o Reliquias, o alguna otra cosa Sagrada. Y luego estando el en pie, y el endemoniado de rodillas, presentes algunos fieles, que oren por el, diga:

Verl. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp.

Qui fecit cælum, & terram. Aquí le muestra la Cruz diciendo. Verl. Ecce crucem Domini, fugite partes aduersæ. Resp. Vicit leo de Tribu Iuda, radix Dauid. Agi os. Agi os. Agi os. Christus vincit: Christus regnat: Christus imperat. v. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Orémus.

D Omine Iesu Christe liberare digneris hanc creaturā a cunctis laguoribus suis, & malignis spiritibus, & omnibus inimicis visibilibus, & invisibilibus: Qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem Amen.

Super Aspidem, & Basiliscum ambulabis.

Et conculcabis Leonem, & Draconem. El Sacerdote, dice: Per ipsum, & cum ipso, & in ipso. Pater noster. Protigue en secreto. v. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Orémus.

D Omine Iesu Christe, Rex æternæ gloria, in cuius dictione cuncta sunt posita, adesto supplicationibus nostris. Et qui in te credentibus potestatem dare dignatus es in nomine tuo Daemonia ejicere, dignis per ministerium nostrum, licet indignum omne genus Daemoniorum ab hac creatura tua ejicere: ut sic nomen tuum sanctificetur, & tandem regnum te semper

laudando

laudando possidere mereamur. Qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.
Ave Maria. Toda en secreto.

PSALMVS. 42.

Ivdica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo, & doloſo erue me. Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti: & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui laetificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: quare tristis est anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sic ut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus cœli, & terræ: Deus Angelorum: Deus Prophetarum: Deus Apostolorum: Deus Martyrum: Deus Omnis bené viventium: Deus, cui omnis lingua confitetur Cœlestium, Terrestrium, & Infernorum, te inuoco Deus, ut hanc creaturam N. perducere digneris ad libertatem pristinam, & ad sanitatem perfectam. Qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Resp. Amen.

Luego diga: In nomine Pa^Htris, & Fi^Hli, & Spiritus ^HSæcti, Amen. Extinguatur omnis virtus diaboli

per impositionem manuum nostrarum: immo per inuocationem Dei, & Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum Angelorum: Patriarcharum: Prophetarum: Apostolorum: Martyrum: Confessorum; atque Virginum, & omnium simul Sætorum. Resp. Amen.

Vers. Sequentia Sancti Euâgelij secundum Mattheum.
Resp. Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tétaretur à Diabolo. Et cum iejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus; poste à esuriuit: Et accedens tentator dixit ei: Si Filius Dei es, dic; vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Scriptuu est; non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum Diabolus in sanctâ Ciuitatem: & statuit eum supra pinnaculum Templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus. Rursum scriptum est. Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum Diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit illi: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana: scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eum Diabolus: & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

Exorcizo te immunde spiritus ex parte omnipotenteris Dei, & Domini nostri Iesu Christi, siue unus sis,

siue

sive plures , quomodocumque in hunc famulum Dei N. consignatum , & initiatum diuinis mysterijs temere ingredi præsumpsisti sive in cibo, sive in potu , vel quacumque malefica superstitione , vel præstigijs quomodocumque super hūc famulum Dei factis: quæ quidem præstigia , vel maleficia omnia , & singula virtute, & potestate inuictissimi Regis omnium Domini, & Salvatoris nostri I E S V Christi , qui in hoc mundo apparuit , vt opera Satanæ dissolueret , & dissoluta esse decerno : & præcipio tibi in nomine Domini Dei Patris ☩ omnipotentis, & Filij eius Domini nostri ☩ Iesu Christi , & Spiritus ☩ Sancti , vt ex eas, & recedas ab hoc famulo suo N. absque omni læsione ipsius : ita quod cum de cætero molestare aliquo modo non præsumas. Ipse enim tibi imperat, qui cæco nato oculos aperuit: qui Petro, qui mergebatur in mare, manum porrexit , qui Genezareum illum à legione Dæmonum liberavit: quo præsente nec porcos ingredi præsumebat: qui mulierem illam curuam decem & octo annis alligatam à Satanæ vinculis die Sabbati soluit : & Iob famulū suum à Satana vlcere pessimo vleratum sanavit : quia ipsum sibi Deus ad sanctam gratiam, fontemque Baptismatis dono suæ gratiæ vocare dignatus est. Et hoc signum ☩ Crucis. Aqui haga la Cruz en la frente del enfermo. quod nos in facie eius facimus , tu maledicte Diabolo , & Satana nunquam de cætero præsumas violare adiuratus, & exorcizatus per virtutem eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

Vers. Sequentia Sancti Euangelij secundum Lucam.
Resp. Gloria tibi Domine:

In illo tempore: erat Iesus ejiciens Dæmonium: & illud erat mutum. Et cum cieciisset Dæmonium, locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe Dæmoniorum ejicit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cœlo querebant ab eo. Ipse autem ut vidi cogitationes eorum, dixit eis. Omne regnum in se ipsum diuisum defolabitur: & domus supra domum cadet. Si autem & Satanás in se ipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius: quia dicitis in Beelzebub ejicere me dæmonia. Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia: filii vestri in quo ejiciunt? Ideò ipsi iudices vestri erunt: Porro si in digito Dei ejicio dæmonia: profecto peruenit in vos regnum Dei: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior illo superveniens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat: & spolia eius distribuet. Qui non est tecum aduersum me est: & qui non colligit tecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per loca inaquosa, querens requiem, Et non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, unde exiui. Et cum venerit, invenit eam scopis mundatam, & ornatam. Et tunc vadit, & assumit secum septem alios spiritus nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem: cum hæc diceret, extollens vocem

quædam mulier de turba dixit illi. Beatus venter, qui te portauit: & vbera, quæ suxisti. At ille dixit: Quin imo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Resp. Laus tibi Christe.

CONIVRATIO:

ERGO maledicte Diabole recognosce sententiam tuam: & da honorem Deo ✠ viuo, & vero: da honorem IESV CHRISTO ✠ Filio eius: da honorem Spiritui ✠ Sancto, ut ex eas, & recedas ab hac creatura Dei, quia eam sibi Deus, & Dominus noster IESVS CHRISTVS ad suam sanctam gratiam, & bene dictiōnem vocare dignatus est: & hoc signum Sanctæ ✠ Crucis, quod nos fronti eius damus tu maledicte Diabole nunquam audeas violare. Per eundem, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Resp. Amen.

CONIVRATIO.

NON te latecat maledicte Satana imminere tibi pœnas: imminere tibi tormenta: imminere tibi dienū iudicij sempiterni: diemque, qui venturus est velut cli banus ardens: in quo tibi, atque vniuersis Angeliis tuis æternus superueniet interitus. Quia propter maledicte Diabole da honorem Deo ✠ viuo, & vero: da honorem IESV ✠ CHRISTO, & Spiritui ✠ Sancto; in cuius nomine, atque virtute adiuro te, qui cumque es, spiritus immunde, ut ex eas, & recedas

ab hac creatura Dei fiatque vas mundum à superueniente Spiritu Sancto : fiat etiam templum Dei viui : quem Deus , & Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam Imaginem creare dignatus est, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus, & venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Rx. Amen.

Vers. Initium Sancti Euangeli secundum Ioannem.

Resp. Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum : & Verbum erat apud Deū: & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deū. Omnia per ipsum facta sunt : & sine ipso factū est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum : & lux intenebris lucet : & tenebræ eam non comprehendenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium: ut testimoniū perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omne in hominem venientē in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognouit. In propria venit: & sui eū non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credūt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt. ET **VERBUM CARO FACTVM EST** & habitauit in nobis, (& vidimus gloriam eius, gloriā quasi vnigeniti à Patre) plenam gratiæ, & veritatis. Rx. Deo gratias.

P S A L M V S . 16.

Exaudi Domine iustitiam meam: intende deprecationem meam. **A**uribus percipe orationem meam: non in labijs dolosis. **D**e vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates. **P**robasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. **V**t non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. **P**erfice gressus meos in semitis tuis: ut non moueantur vestigia mea. **E**go clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina auré tuam mihi, & exaudi verba mea. **M**irifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te. **A**resistentibus dexteræ tuæ custodi me: ut pupillam oculi. **S**ub umbra alarum tuarum protege me: à facie impiorum, qui me afflixerunt. **I**nimici mei animam meam circundederunt: os eorum locutum est superbiæ. **P**rojicientes me nūc circundederunt me: oculos suos stauerunt declinare in terram. **S**uscepserunt me, sicut leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in abditis. **E**xurge Domine præueni eum, & supplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ. **D**omine à paucis de terra diuide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. **S**aturati sunt filijs: & dimiserunt reliquias suas paruulis suis. **E**go autem in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor, cum apparuerit gloria tua. **G**loria Patri, & Filio, &c.

Psalms 50.

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. **V**t secundum multitudinem miserationum

tuarum

Exorcismi

tuarum: dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatē delixisti: incerta, & occulta sapientia tua mani festasti mihi. Asperges me Dñe hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niue dealbabor. Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele: Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne projicias me à facie tua: & Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me. Doccebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam. Quoniam si voluisses, sacrificium dedisem vtiq; holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Syon: vt edificantur muri Hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium, iustitiae, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in saecula saeculorum, Amen.

Psalmus.



PSALMVS. 63.

Q Xaudi Deus orationem meam, cum deprecor: à timore inimici eripe animam meā. Protexisti me à concerto malignantium: à multitudine operantium iniqitatem. Q uia exacerunt ut gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam. Narrauerūt, ut abscoderent laqueos: dixerunt, quis videbit eos? Cruati sunt iniqitatis: defecerunt scrutates scrutinio. Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus. Sagittæ parvorum factæ sunt plagæ eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. Conturbati sunt omnes, qui videbant eos: & timuit omnis homo. Annuntiauerunt opera Dei: & facta eius intellexerunt. Extabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabūtur omnes recti corde. Gloria Patri, & Filio, &c. ~~coenpi~~
Este Psalmo siguiente repita muchas veces; porque es de mucha eficacia. Psalm. 57.

SI veré vtiq; iustitiam loquimini; recta iudicate filij hominū. Et enim in corde iniqnitates operamini in terra: in iusticias manus vestræ cōcinnat. Alienati sunt peccatores à vulua: errauerūt ab utero, loqui sunt falsa. Furor illis secundū similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas. Quæ non exaudiet vocem incantantiū, & benefici incantantis sapienter. Deus cōteret dentes eoru in ore ipsorum: molas leonū cōfringet Dñs. Ad nihilum deuenient, tanquā aqua deccurses: intēdit arcum suū, donec infirmetur. Sicut cera, quæ fluit,

auferentur

Exorcismi

auferentur : supercessidit ignis , & non viderunt solem .
riusquam inteligerent spinæ vestræ rannum : sicut vi-
uentes , sic in ira absorbet eos . Lætabitur iustus , cum vi-
derit vindictam manus suas lauabit in sanguine pecca-
toris . Et dicet homo , si vtique est fructus iusto : vtique
est Deus iudicans eos in terra . Gloria Patri , & Filio , &
Spiritui Sancto . Sicut erat in principio , &c .

CONIVRATIO

In nomine Domini Iesu Christi ; qui per virtutem ma-
gnam , & brachium excelsum te Diabole ligauit , &
totum mundum à te redemit , & te impiissimum tyran-
num Satanam in profundum abyssi reclusit : ipse per vir-
tutem suam , & brachium excelsum omnes ministros
tuos inclusos detinet : per ipsum te adiuro ita præsentem ,
sicut absentem , ita absentem , sicut præsentem ubicum-
que fueris : quocumque nomine voceris ; ut ex eas , & rece-
das ab hac creatura Dei N . & amplius non lèdas eam .
neque per incantationem : neque per artem Magicam .
neque per ullam coruscationem : neque per ullam factu-
ram : neque per vimbras vanas ei nocere valcas , aut læ-
dere prælumas . Vadas retro Satana ab hac creatura
Dei N . cum officijs tuis , & ministrorum tuorum : de
Sanctuario Dei recede . In nomine eiusdem Domini
nostrí Iesu Christi ; qui venturus est iudicare viuos , &
mortuos , & sæculum per ignem . Recepit . Amen .

Vers . Initium Sancti Euangeli secundum Lucam .

Resp . Gloria tibi Domine .

uit

Fuit in diebus Herodis Regis Iudeæ Sacerdos quidā nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius d̄ filiis Aaron, & nomen eius Elisabeth. Erant autē iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela. Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio funderetur Zacharias in ordine viciis suæ ante Deum secundum ordinem Sacerdotij, sorte exiit, ut incensum poneret ingressus in templum Domini. Et omnis multitudo populi erat foris orans hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini stans adextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus. Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & Elisabeth vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioánnem. Et erit gaudiū tibi, & exultatio: & multi in nativitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino: vinum, & sycerā non bibet: & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero mātris suæ: & multos filiorum Israël conuertet ad Dominum Deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ, ut conuertat corda Patrū in filios: & incredulos ad prudentiam iustorū, parare Domino plebem perfectam. Latus tibi Christe.

CONIVRATIO.


Adiuro vos Angeli Satanae, per Deum um cœli, & terræ: per eum vos adiuro, qui Noe cum suis de diluvio liberauit: qui primum hominem ad imaginē,

& similitudinem suam plasmauit. Per eum ✠ vos ad iuro, & contestor, qui Ananiam, Azariam, & Misaelem de camino ignis saluauit. Per eum ✠ vos adiuro, qui fidelem Eliam in curru igneo vsque ad cœlum leuauit. Per eum ✠ vos adiuro ita præsentes, sicut absentes, ita absentes, sicut præsentes, vbi cumque sitis, & quibuscumque nominibus vocemini, qui pretioso sanguine suo omnem mundum redemit, vt exeatis, & recedatis ab hac creatura Dei, vt neque per magicam artem: neque per villam coruscationem: neque per villam incantationem eam laedere, & nocere possitis: & incontinenti manifestetis nomina vestra, & exeatis de templo Dei, quia sumus templi Dei. Vade retro Satana, & recede ab hac creatura Dei, quia est vas signatum à Deo in nomine Domini Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Resp. Amen.

Vers. Initium Sancti Euangeli secundum Matthæum.

Rers. Gloria tibi Domine.

LIber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abrahā. Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Iacob: Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius: Iudas autem genuit Phares, & Zaran de Thamar: Phares autem genuit Efron: Efron autem genuit Aram: Aram autem genuit Aminadab: Aminadab autem genuit Naason: Naason autem genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz de Raab. Booz autem genuit Obeth, ex Ruth: Obeth autem genuit Iesse: Iesse autem genuit Dauid regem: Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ: Salo-

mon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiam: Abias autem genuit Asa: Asa autem genuit Iosaphat: Iosaphat autem genuit Ioram: Ioram autem genuit Oziam: Ozias autem genuit Ioatham: Ioatham autem genuit Achaz: Achaz autem genuit Ezechiam: Ezechias autem genuit Manassem: Manasses autem genuit Amon: Amon autem genuit Iosiam: Iosias autem genuit Ichoniam: & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis Ichonias genuit Salathiel: Salathiel autem genuit Zorobabel: Zorobabel autem genuit Abiud: Abiud autem genuit Eliacim: Eliacim autem genuit Azor: Azor autem genuit Sadoch: Sadoch autem genuit Achim: Achim autem genuit Eliud: Eliud autem genuit Eleazar: Eleazar autem genuit Matham: Matham autem genuit Iacob: Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est I E S V S, qui vocatur Christus.  Laus tibi Christe.

CONIVRATIO.

ADiuro vos Satanæ Angeli, ita præsentes sicut absentes: ita absentes sicut præsentes, & ubicumque estis, & quibuscumque nominibus vocemini, qui non cessatis nocere generi humano per illius nomen vos adiuro  qui in principio fecit terram, & formauit omnia verbo virtutis suæ, ut non noceatis, neq; lædere permittatis hanc creaturam Dei. Adiu  ro vos per illam dexteram, qui primum hominem Adam ad suam sanctam imaginem plasmauit: ut nō permittatis lædere creaturam istam Dei

Exorcismi.

Adiuro vos per Iesum Christum X Dominum nostrū qui conceptus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: qui super mare pedibus suis ambulauit: & vento flanti imperauit: & Lazarum quatriduanum de monumento suscitauit, ut exeat, & recedatis ab hac creatura Dei, & illuc amplius nō introeatis, Illa dextera, quæ expulit vos de paradiſo Dei, expellat vos ab hac creatura sua in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & saeculum per ignem. Resp.
Amen.

Vers. *Initium Sancti Euangeliū secundum Marcum.*

Resp. *Gloria tibi Domine.*

Initium Euangeliū Iesu Christi Filij Dei: sicut scriptum est in Isaia Prophetā. Ecce ego mitto Angelū meū ante faciem tuam, qui præparauit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto: parate viam Domini: rectas facite semitas eius. Fuit in deserto Ioannes baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eū omnis Iudeæ Regio, & Hierosolymitæ vniuersi, & baptizabatur ab illo, in Iordanis fluamine confitentes peccata sua. Et erat Ioannes vestitus pilis Cameli, & Zona pellicea circa lumbos eius, & locutus, & mel silvestre edebat, & prædicabat dicens: Veniet fortior me post me, cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius. Ego baptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos Spiritu Sancto. Et factum est in diebus illis, venit Iesus a Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Ioāne in Iordane. Et statim ascendens de aqua, vidit cœlos apertos: & Spiritum Sanctum tan-

quam

quam columbam descendenterem, & manentem in ipso.
 Et vox facta est de cœlis. Tu es Filius meus dilectus : in
 te complacui. Et statim Spiritus compulit eum in desertum.
 Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadra-
 ginta noctibus : & tentabatur á Satana. Eratque cum
 bestijs: & Angeli ministrabant illi. Laus tibi Christe.
 Verſ. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et cla-
 mor meus ad te veniat. Verſ. Dominus vobiscū. Resp.
 Et cum spiritu tuo.

Oremus.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui ex sola bonitate
 tua hominem ad imaginem, & similitudinem tuam
 creasti, multiplicibusq; donis, & gratijs decorasti, adesto
 propitius pijs invocationibus nostris, quibus te suppli-
 citer exoramus, vt meritis, & precibus dilectissimæ filiæ
 tuæ Catharinæ Senensis, cui effugandorum spirituum
 immundorum copiosissimam gratiam tribuisti, famu-
 lum tuum N. à Dæmone oppressum liberare digneris:
 quatenus liberatus à pressura, quam patitur, nomen san-
 ctum tuum benedicat in sæcula ad laudem, & gloriam
 tuæ beatissimæ bonitatis. Per Dominum nostrum Iesum
 Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vni-
 tate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.
 Resp. Amen.

Exorcismus pro coniugatis male- ficiatis.

Verſ. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp.
 Qui fecit cœlum, & terram. Verſ. Saluos fac seruos

tuos,

Exorcismi

tuos, & ancillas tuas. Resp. Deus meus sperantes in te.
Vers. Mitte eis Domine auxilium de Sancto. Resp. Et
de Syon tuere eos. Vers. Nihil proficiat inimicus in eis.
Resp. Et filius iniquitatis nō apponat nocere eis. Vers.
Esto eis Domine turris fortitudinis. Resp. A facie ini-
mici. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp.
Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscū.
Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe Dei, & Beatæ Mariæ Virginis
Filius, qui in Paradiso terrestri matrimonium insti-
tuisti in officium, & conseruationem, & multiplicatio-
nem humanæ naturæ, & ipsum matrimonium mirabi-
liter honorasti in aduentu tuo ex primordijs miraculo-
rum tuorum: tu per merita, & preces Beatissimæ Virgi-
nis Mariæ Matri tuz, & omnium Sanctorum, & San-
ctorum tuarum digneris hos, quos matrimonialiter
coniunxisti bene ☩ dicere, ac plene liberare ab
omni ligamento, fascinamento, & maleficio Sata-
næ, & dare fœcunditatem, & gratiam, ut liberati pos-
sint ut in matrimonio suo ad generandum, concipiendū
portandū, pararendū, & nutriendū proles gratas Dco,
& hominibus. In nomine ☩ Patris, & Fi ☩ lij, & Spi-
ritus ☩ Sancti, Amen. IESVS Mariæ Filius, mundi sa-
lus, & Dominus sit vobis clemens, & propitius. Resp.
Amen.

Psalmus. 127.

Beatū omnes, qui timent Dominū / qui ambulant in
vijs eius. L abores manū tuarum, quia māducabis:
beatus es, & bene tibi erit, v xor tua, sicut vitis abundās
in lateribus domus tuz. Filij tui, sicut nouellæ oliuarū

incircitu

in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicitur homo: qui timet Dominum. Benedicat tibi Dominus, ex Syon, & videas bona Hierusalem: omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorū tuorum: pacem super Isracl. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

P S A L M V S . 90.

Qui habitat in adiutorio altissimi : in protectione Dei cœli commorabitur. Dicet Dominus, susceptor meus es tu: & refugium meum, Deus meus, & sperabo in eum. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venatiuum: & à verbo aspero. Scapulis suis obumbravit tibi: & sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno. Asagitta volante in die, à negotio per ambulante in tenebris: ab incursu, & Dæmonio meridiano. Cadet à latere tuo mille: & decem millia à dextris tuis: ad te autem non approximabit. Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es Domine spes mea altissimum posuisti refugium tuum. Non accedit ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam Angelis suis mādauit de te: ut custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem, & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem. Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam, cognovit nomen meum. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.

Exorcismi

Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, &c. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, Fili Dei viui, qui vterum Beatæ Mariæ Virginis mirabiliter fæcundasti, ut de Spiritu Sancto conciperet, portaret, ac nutriri: te Deum ac hominem Salvatorem inuocamus per clementiam tuā, ut his famulis N. & N. fæcunditatem donare digneris, ut generare, concipere, portare, parere, ac nutriti tibi valeant prolem in vitam æternam. Resp. Amen. In nomine Pa  tris, & Fi  lij, & Spiritus  Sancti, Amen.

Psalmus. 1. 1. 1.

Beatus vir, qui non abbiijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentiae non sedit. Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet: & omnia quæcumque faciet, prosperabuntur. Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis, quem projectit ventus à facie terræ. Ideo non resurgeut impij in iudicio: neque peccatores, in concilio iustorum. Quoniam nouit Dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, &c. IESVS Mariæ filius: mundi salus, & Dominus, qui Beatisimæ Mariæ semper Virginis Matri suæ felicem partum tribuit, ipse tibi concedat: ut possis in vtero portare, fouere, parere, bene nutritre pro-

le m

lem Deo.gratam, & hominibus.In nomine Pa
 & Fi
 ij,& Spiritus
 Sancti,Amen.



Benedictio ignis, in quo est comburendum incensum
 ad fumigandos energumenos,aut maleficiatos.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp.

Qui fecit cœlum, & terrā: Vers. Domine exaudi ora-
 tionem meā. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers.

Dominus vobiscū. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus bene-
 dicere, & sanctifi
 care digneris ignem istū
 per tuam clementissimam benedictionem, quem nos
 in nomine tuo, & dilectissimi Filij tui, & Spiritus Sancti
 bene
 dicimus, & præsta: vt sit nobis in auxilium
 contra ignita tela inimici, & omnem virtutem eius ex-
 tingueret, & fugare valeat. Per eundem Dominum no-
 strum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, &
 regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula
 sæculorū. Resp. Amen. Eche en el fuego agua bendita.

Benedictio incensi.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Ref.

Qui fecit cœlum, & terram. Vers. Domine exaudi ora-

tionem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, Deus omnipotens, cui astat exer-
 citus Angelorum, propitiare supplicationibus nos-
 tris, & hanc creaturam incensi bene
 dicere, & san-
 cti
 ficare digneris ut omnes languores, & infirmi-
 tates, atque insidias latētis inimici, ab hoc famulo tuo,

Hh

quem

quem precioso sanguine tuo redemisti: ad eius odorem effugiant, & separetur: nec vñquā ei nocere possint. Qui viuis, & regnas Deus, per omnia s̄ecula s̄eculorum. Relp. Amen. Et benedictio  Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus Sancti descendat, & maneat super hanc creaturam incensi. Relp. Amen.

Eche sobre el incienso agua bendita.

Oratio ad gratiarum actionem pro liberatione alicuius energumeni. Verf. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui liberare dignatus es hunc famulum tuum N. ab omni vexatione Satanæ, & ministrorum eius. Emitte in eum septiformem Spiritum Sanctum tuum Paraclitum de cœlis. Relp. Amen. Spiritum sapientiæ, & intellectus, Amen. Spiritum consilij, & fortitudinis, Amen. Spiritum scientiæ, & pietatis, Amen. Adimple eum Spiritu timoris tui: & signa eum signo Cru  cis Christi in vitam propius æternam. Relp. Amen. Oremus.

T E Patrem ingenitum: te Filium vñgenitum: te Spiritum Sanctum Paraclitum: Sāctam, & indiuiduam Trinitatem toto corde, toto ore confitemur, laudamus, atque benedicimus: tibi gratias agētes: quia virtute tua hodie confusus, turbatus, verberatus, ac denique expulsus est Diabolus cū socijs suis de hac creatura N. Quā per Filiū tuum vñgenitū redimere dignatus es. Quā igitur te Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, Sancta Trinitas: virtus vna, atq; indiscreta maiestas, Deus noster omnipotens, vt hanc creaturam tuam

N. etiam custodire , & defendere digneris, per Sanctos Angelos tuos ab omni incursu Satanæ , & ministrorum eius: & infunde super eam benictionem tuam Sanctam. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Exorcismus contra imminētem tempestatem fulgurum, & grādinis.

P Ersignum ☧ Crucis de inimicis ☧ nostris libera nos ☧ Deus noster. In nomine Patris, ☧ & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Digase el Symbolo de la Fé. Credo in Deum Patrem omnipotentem, &c.

Y luego. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit cœlum, & terram. Vers. Sit nomen Domini benedictum. Resp. Ex hoc nunc, & usque in sæculum. Vers. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. Resp. Et fugiant: qui oderunt eum, à facie eius. Verl. Exurge Christe adiuua nos. Resp. & libera nos propter nōmē tuum. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Verl. Dominus vobiscū. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

D Omine Iesu Christe, qui fecisti cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, quique flumini Jordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas Sæctissimas manus, & bracchia sacratissima in cruce extédisti, quibus aërem sanctificasti, obsecramus immēsam pietatis, & bonitatis tuæ abundantia, quatenus has nubes, quas ante me, & post me, & supra me à dextris, &

Exorcismi

à sinistris video aérem pertubare, dissoluere, & anihilare digneris; ut alligata potestas Dæmonum impie desæuientium deficiat, & turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis, & potentissimæ maiestatis tuæ. Qui viuis, & regnas, &c. Resp. Amen.

Delpues buelto a las nubes sanguinas con la señal de la Cruz, diciendo:

Circūdet te nubes Deus Pater. **¶** Circūdet te Deus Filius. **¶** Circundet te Deus Spiritus **¶** Sæctus. Destruat te Deus Pater. **¶** Destruat te Deus Filius. **¶** Destruat te Deus Spiritus Sanctus. **¶** Comprimat te Deus Pater. **¶** Comprimat te Deus Filius. **¶** Comprimat te Deus Spiritus **¶** Sanctus, Amen.

O B S E C R A T I O.

Sanctus Matthæus, Sanctus Marcus, Sanctus Lucas, Sanctus Ioannes Euangeliſta, qui Christi Euangeliū per quatuor mundi partes diuulgarunt, ipsi suis meritis, & precibus, hanc tempestatem à termino isto, & ab omnibus Christianorum finibus ab eodem Domino nostro Iesu Christo obtineant effugari, & depelli.

E X O R C I S M V .

E T ego peccator, & Christi Sacerdos, seu minister licet indignus, auctoritate, & virtute eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi, summi Imperatoris, non mea potentia innixus, & confisus, vobis præcipio immundissimi spiritus, qui has nubes, seu nebulas concitatis in virtute eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi per Sanctissimam eius Incarnationem, per Natiuitatem per Baptismum, & Ieiunium ipsius. Per eius Sacratissi-

mam

mam Crucem, & Passionem. Per Sanctam Resurrectionem. Per admirabilem Ascensionem. Per tremendum Aduentum eius, & iudicium, per merita intemera tæ, semperque Virginis Mariæ, & Sanctissimi N. & per merita omnium Sanctorum, ut exeat ab eis, & eas dispergatis in locis sylvestribus, & incultis: quatenus noce re non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus, aut quibuscumque rebus, humanis vsibus deputatis. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christū qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem, Amen.

Ipse vobis imperat, Dæmones, qui has nubes commo uetis, de quo de nube iucida dictum est: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. **I**pse vobis imperat, qui sua Sacratissima Cruce, & corporis sui Sanctissimi in ea extensione aërem purgauit. **I**pse vobis imperat, qui per mortem suam, vos, principem vestrum, mortemque deuicit, & ligauit, atque æternæ gehennæ nuncupauit ignibus. **I**pse vobis imperat, qui inferno spoliato surrexit à mortuis. **I**pse vobis imperat, qui post quadraginta dies nube suscepitus virtute sua ascendit in cœlum. **I**pse vobis imperat, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Rclsp. Amen.

Y delpues leuante la Cruz en alto, diciendo:
Ecce lignum Sanctissimæ Crucis, fugite partes aduer sœ, vicit enim vos, & mundum Dominus noster Iesus Christus Filius Dei, Imperator summus, leo de Tribu Iuda, radix Dauid.

Exorcismus

Despues eche agua bendita en forma de Cruz por todas quattro partes del mundo. Y sino vuiere cessado la tempestad, diganse las Letanias, el Psalmo. **Quicumque vult.** La Antifona. **Salve Regina, & sub tuum præsidium.** El Cantico. Benedicite omnia opera. Con el verso de Gloria Patri. Al fin de cada verso del Canticos. Despues. Vers. Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu. Resp. Laudemus, & superexaltamus eum in sœcula. Vers. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. Resp. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Vers. Exurge Christe adiuuanos. Resp. Et libera nos propter nomen tuū. ¶ Domine exaudi orationem meā. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Domine vobiscū. Resp. Et cum spiritu tuo. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus , qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare unitatem, quæsumus , vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Oratio.

Protege Domine famulos tuos subsidijs pacis, & Beata Mariæ semper Virginis patrocinio confidentes à cunctis hostibus, & periculis redde securos. Oratio.

AD domo tua quæsumus Domine spiritales nequitiae repellantur , & aërearum discedat malignitas tempestatum. Oratio.

AD te nos Domine clamantes exaudi, & aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus, vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præueniente clementiam sentiamus. Oratio.

LArgiri, & conseruare fructus terræ dignare Domine Deus noster, vt & temporalibus gaudemus auxilijs, & proficiamus id spiritualibus incrementis. Per Christū Dominum nostrum. Rcp. Amen.

Puedese tambien dezir la oració de aquel Santo a quien esta dedicada la Iglesia, y de otros Santos a quien se tuviere particular deuocion. Pueden tambien dezirse otras deuotas oraciones, implorando siempre la misericordia de Dios. Y si toda via turare la tempestad, podra repetir todo lo dicho muchas veces.

Benedictio Agrorum, vt ab eis locusta bruchi, & alia animalia noxia ex- pellantur.

Primeramente el Sacerdote, que para este efecto fuere elegido, auiendo dicho Missa, y vestido con Sobrepelliz y la Estola puesta sobre los ombros, lleue Cruz, y agua bendita: y llegado a la heredad donde a de administrar el Exorcismo. Buclto hazia Oriente, diga:

Verf. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp.

Qui fecit cœlum, & terram. Veri. Sit nomen Domini benedictum. Rcp. Ex hoc nunc, & vsque in sæculū.

Veri. Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto Spiritu. Laudemus, & super exaltemus eum in sæcula. Benedictus es Domine in firmamento cœli. Et laudabilis, & gloriosus, & super exaltatus in sæcula. *

Benedictio

Benedicat, & custodiat segetem istam omnipotens, &
misericors Dominus. Resp. Amen. Ver. Domine
exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te
veniat. Ver. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spi-
ritu tuo o.

Oremus.

Domine Deus, qui creasti hominem ad imaginem, &
similitudinem tuam, clementiam tuam suppliciter
exoramus, ut hunc fructum quem ad usum generis hu-
mani nasci fecisti, tua benedictione perpetua bene
dicas, ut germinet super terram, floreat, frondeat, & ad
fructum maturitatis perueniat: quatenus de eo tibi sup-
pliciter, & humilirer famuli tui acceptum sacrificium,
gratamque oblationem valeant offerre in conspectu tuo
& de reliquo vitam suam nutrire ad laudem, & gloriam
sanctissimi nominis tui. Non seminet super eum hostis
antiquus semina sua zizania, non turbet eum aliquod
malum, non calor siccet: non tempestas conturbet: nec
grando conterat: nec ventus exurat: nec erugo, aut tinea
de moliatur: non locusta mordeat: neque animal aliud,
quodecumque inficiat: sed cum tua protectione eum plu-
via opportuna, salutaris, & congrua satiet: refrigeret ros:
& usque ad complementum culturæ ad manus laboran-
tium in eo prospere, & cum salute perducat. Per Christū,
&c. Amen.

Oremus.

D^eus, qui ad salutem humani generis maxima quæque
Sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto
propitiis inuocationibus nostris, & clementi huic mul-
timodis purificationibus præparato virtutem tuæ bene-
dictionis infunde: ut creatura tua ista mysterijs tuis,

tibi

tibi seruiens ad abjiciendos Dæmones, morbosque pellendos diuinæ gratiæ sumat effectum: ut quidquid in agris, vel vineis, vel hortis, vel segetibus fidelium tuorum hæc vnda resperserit, careat omni immunditia: liberetur annoxijs animalibus: non illic resideat spiritus pestilens.

Resp. Amen. Non aura corrumpens. Resp. Amen. Non Bruchus, aut tinea demoliens. Resp. Amen. Non locusta mordens. Resp. Amen. Non grando conterés. Resp. Amen. Non tempestas conturbans. Resp. Amé. Non calor siccans. Resp. Amen. Non cizania perturbans. Resp. Amen. Discedant ab eo infidiæ latentis inimici: & si quid est, quod incolumitati eius inuidet, aut quieti, asperzione huius aquæ effugiat, atq; discedat: ut salubritas per inuocationem tui sancti nominis expedita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Christū &c. Resp. Amen.

Esto acabado, si se vuieren de bendezir las aguas por estar inficionadas, el Sacerdote lo haga, como abaxo se dira, y luego vaya por toda la heredad echando agua bendita, diciendo:

V Idi aquam egredientem de Templo à latere dextro

Alleluia. Et omnes, ad quos peruenit aqua ista salutifaciēti sunt. Alleluia, Alleluia, Alleluia. Hæc dies, quam fecit Dominus. Exultemus, & lætemur in ea. Vers. Gloria Patri, &c. V idi aquam, &c. Signum salutis pone Domine in fructibus istis: & non permittas introire Angelum percutientem ineos: neque animal aliquod infructuosum. De cœlo pone Domine signum tuum in eis: & protege eos, & non erit in eis plaga nocēs. Vers. Osté-

Benedictio

de nobis Domine misericordiam tuam. Resp. Et salutare tuum da nobis. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Exaudi nos Domine Sancte, Pater omnipotens, æternus Deus: & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes fructus in his agris, vel vineis existentes. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen. Et benedictio Dei Patris,  & Filii, & Spiritus Sancti descendat, & maneat super hos fructus: & Angelus Dei bonus custodiat eos semper. Resp. Amen.

Acabado esto se lean, o canten hazia las cuatro partes del Mundo, los cuatro Evangelios siguientes.

Vers. Sequentia Sancti Euangeli secundum Matthæum
Resp. Gloria tibi Domine.

Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudeæ, in diebus Herodis regis; ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolimam dicentes. Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum, vidimus enim stelam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus est; & omnis Hierosolyma cum illo, & congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur? At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudeæ. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis: diligē

ter

ter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis. Et in it-
tens illos in Betlehem, dixit: Ite & interrogate diligenter de puerō, & cum inueneritis, renunciate mihi, vt &
ego veniens adorēm eum. Qui cum audissent regem
abierunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra ubi erat
puer. Vidētes autem stellam gauisi sunt guadio magno
valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cū Ma-
ria Matre eius. Et procidentes adorauerunt eum. Et aper-
tis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, &
myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent
ad Herodem per aliam viam reuersi sunt in regionem
suam. Laus tibi Christe.

Ver. Sequentia Sancti Euangelij secundum Marcum.

Resp. Gloria tibi Domine.

I N illō tempore: Recumbentibus vndeциm Discipulis
apparuit illis Iesus, & exprobrouit incredulitatē eorū
& duritiam cordis, quia his, qui viderant eū resurrexisse
non crediderūt: & dixit eis Euntes in mundū vniuersum
prædicate Euangeliū omni creature. Qui crediderit, &
baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero nō crediderit, con-
demnabitur. Signa autē eos, qui crediderint hæc sequen-
tur. In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquētur
nouis, serpentes tollēt: & si mortiferū quid biberint, nō
eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habe-
bunt. Et Dominus quidē Iesus postquam locutus est eis.
Assumptus est in cœlum, & sedet á dextris Dei. Illi autē
profecti prædicauerūt ubiq; Domino cooperante, & ser-
monē cōfirmatē sequētibus signis. Laus tibi Christe.

Benedictio

Vers. Sequentia Sancti Euangeli secundum Lucam.
Resp. Gloria tibi Domine.

N illo tempore : Missus est Angelus Gabriel á Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatā viro, cui nomē erat Ioseph de domo Dauid: & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset , turbata est in sermone eius; & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : Ne timeas Maria , invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius , & regnabit in domo Iacob in æternum ; & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelū: Quomodo fiet istud , quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus , dixit ei: Spiritus Sanctus super veniet in te; & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq;, & quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata, & ipsa concepit filium in senectute sua ; & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis, quia nō erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Laus tibi Christe.

Vers. Initium Sancti Euangeli secundum Ioannem.
Resp. Gloria tibi Domine.

N principio erat Verbum: & Verbum erat apud Deū: & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud

Deum.

Deū. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factū est nihil, quod factū est, in ipso vita erat , & vita erat lux hominū: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendenterunt Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine , ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux : sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipsum factus est: & mundus eum nō cognouit. In propria venit: & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credūt in nomine eius. Qui nō ex lāguinibus, neq; ex volūtate carnis, neq; ex volūtate viri, sed ex Deo nati sunt.

Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidi-
mus gloriam eius , gloriam quasi vnigeniti a Patre plen-
num gratiæ, & veritatis.

Si aconteciere, que las aguas de los campos estan inficio-
nadas quando se bendizén, para echar dellos las langostas , y otros animales; el Sacerdote antes de Asperjar los
campos, bendiga las dichas aguas con la Oracióñ si-
guiente.

D Omine Iesu Christe, qui Iordanis flumen benedixisti, & in eodem Baptizatus aquas purificasti, vt elemi-
tum salubre efficerentur , has aquas quoque bene-
dicere, & sanctificare digneris, vt nihil in eis noxiūm, ni-
hil pestilens , sed omnia pura, & munda in eis efficiantur: vt quæ ad usum hominum ex eis creata sunt, cum
gloria tua, & salute nostra sumamus. Per, &c. Amen.

Benedi-

Benedictio terræ seminatæ seu
plantatae.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp.
Qui fecit cœlum, & terram. Vers. Dominus vobiscum
Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Bene dicat nos Deus noster, & terræ nostræ ubertatem concedat; in centuplum amplificet fructus eius; ut venientefia in exultatione, manipulos nostros colligamus. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Rocié la tierra con agua bendita.

Benedictio pro animalibus infir-
mantibus.

Primeramente echele agua bendita sobre los animales enfermos, y luego diga el Sacerdote:

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp.
Qui fecit cœlum, & terram. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat.
Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.
Oremus.

Misericordiam tuam Domine suppliciter exoramus,
ut hæc animalia, quæ gravi infirmitate vexantur, tua
beno dictione sanentur; extinguitur in eis omnis
diabolica potestas; neque ulterius ægrotent: esto eis vitæ
defensio, & remedium sanitatis.

Deus, qui laborantibus hominibus, etiam demutis animalibus, solaria subrogasti, suppliciter te rogamus

vt sine quibus non alitur humana conditio , nostris facias vsibus non perire. Per Christum Dominum nostrū.
Resp. Amen. Echeles agua bendita.

Benedictio domus à Dæmonio in festatæ.

El Sacerdote , que vuiere de hazer este ministerio , revestido con Sobrepelliz , y la Estola sobre sus ombros , estando en la casa , diga lo que se sigue :

Ver. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp.
Qui fecit cœlum , & terram. Ver. Domine exaudi orationem meā. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Ver.
Dominus vobiscum. Resp. Et cū spiritu tuo. Oremus.

O Mnipotens sempiterne Deus , qui Sacerdotibus tuis
præ cæteris tantam gratiam contulisti , vt quidquid
in tuo nomine digne , perfecteque ab eis agitur , à te fieri
cèdatur , quæsumus iniimensam clementiam tuam , vt
quod modo visitaturi sumus , visites , & quidquid bene-
dicturi , benedicas : & ad ea , quæ acturi sumus , dexteram
tux potentiar extendas , sintque ad nostræ humilitatis in-
gressum , & introitum , Sanctorum tuorum meritis fuga
Dæmonum , Angeli pacis ingressus. Per Christum Do-
minum nostrum. Resp. Amen.

Luego diga los cinco Psalmos del Canticum graduum:
y en tanto que los reza , eche agua bendita por todos los
lugares de la casa. Psalmus. 19. 51

A D Dominum cū tribulær clamaui : & exaudiuit me.
D omine libera animam meam à labijs iniquis : &

á lingua

Benedictio.

à lingua dolosa. Quid detur tibi ; aut quid apponatur
tibi. ad linguam dolosam? S agit & potenter acutæ : cū
carbonibus desolatorijs. H e u mihi , quia incolatus
meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus cedar;
multum incola fuit anima mea. C um his, qui oderunt
pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant
me gratis. Gloria Patri, &c. Psalm. 120.

E uau oculos meos in montes: vnde veniet auxilium
mihi. A uxilium meum à Domino : qui fecit cœlum
& terram. N on det in commotionem pedem tuum:
neque dormitet, qui custodit te. E cce non dormitabit,
neque dormiet, qui custodit Isracl. D ominus custodit
te: Dominus protectio tua super manum dexteram tuā.
P er diem sol non vret te: neque luna per noctem. D ominus
custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam
Dominus. D ominus custodiat introitum tuum, & exi-
tum tuum: ex hoc nunc, & usque in sæculum. Gloria
Patri, &c. Psalmus 121.

A Etatus sum in his, quæ dicta sunt mihi : in domum
Domini ibimus. S tantes erant pedes nostri: in atrijs
tuis Hierusalem. H ierusalem, quæ ædificatur ut ciuitas:
cuius participatio eius in id ipsum. I lluc enim ascende
rūi tribus, tribus Dñi: testimoniu[m] Isracl ad cōfitemē nomi-
ni Domini. Q uia illic sederūt sedes in iudicio: sedes su-
per domum David. R ogate, quæ ad pacem sunt Hieru-
salem: & abundantia diligentibus te. F iat pax in virtu-
te tua : & abundantia in turribus tuis. P ropter fratres
meos, & proximos meos: loquebar pacem de te. P roper-
ter domum Domini Dei nostri : quæsiui bona tibi

Gloria.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, &c. Psalms. 122. 10.

Ad te leuavi oculos meos : qui habitas in cœlis. Ecce sicut oculi seruorum : in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ : ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum , donec misereatur nostri. Misericordia nostri Domine , miserere nostri : quia multum repleta est anima nostra : opprobrium abundantibus , & despectio superbis. **G**loria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c. Psalms. 123.

Nisi quia Dominus erat in nobis , dicat nunc Israel , nisi quia Dominus erat in nobis. Cum exurerent homines in nos : forte viuos de glutissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos : forsitan aqua absorbusset nos. Torrentem pertransiuit anima nostra : forsitan per transisset anima nostra aquam intolerabilem. Benedictus Dominus : qui non dedit nos incaptionem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est : de la quoq[ue] venantium. Laqueus contritus est : & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini : qui fecit cælum, & terram. **G**loria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, &c.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c. Vers. Et ne nos in ducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Vers. Dominus exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad tecum veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Kk. Domum

Domum tuam Domine clementer ingredere: & in
tuorum tibi corda fidelium perpetuam construe má-
sioneim: & præsta, ut in hac domo nulla malignorum
spirituū dominetur nequitia. Per Christum, &c.

Dira los Psalmos siguientes de la misma iamanera que
los primeros andado por toda la casa echando del agua
bendita. Psalm. 124. 125.

Vi confidunt in Domino, sicut mons Sió: non com-
mouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalé.
Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi
sui, ex hoc nunc, & vsque in sæculum. **Q**uia non relin-
quet Dominus virgam peccatorú super sortem iustorú:
vt non extendant iusti ad iniuriam manus suas. Be-
ne fac Domine bonis: & rectis corde. Declinantes auté
in obligationes, adducet Dominus cum operantibus ini-
quitatem: pax super Israel. **Gloria**, &c. Psalm. 125.

Non conuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti su-
mus sicut cōsolati. **T**unc repletum est gaudio os no-
strum, & lingua nostra exultatione. **T**unc dicent inter-
gentes: magnificauit dominus facere cū eis. **M**agnifica-
uit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes. **C**ō-
uerte Domine captiuitatē nostrā: sicut torrés in Austro.
Qui semināt in lacrymis: in exultatione metent. **E**untes
ibāt, & flebant: mittētes semina sua. **V**enientes auté ve-
niēt cū exultatione portātes manipulos suos. **Gloria Pa-**
tri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c. Psalm. 126.

Isi Dominus ædificauerit domū: in vanū laboraue-
rūt, qui ædificat eā. **N**isi Dñs custodierit ciuitatem:
frustra vigilat, qui custodit eam. **V**anū est vobis ante lu-

cé surgere:surgite, postquā sederitis, qui manducatis pa-né doloris. Cū dederit dilectis suis somnū:ecce hæreditas Domini filij merces, fructus ventris. Sicut sagittæ in manu potentis:ita filij excusorū. Beatus vir, qui imple uit desideriū suum: ex ipsis:non confundetur, cum loque tur inimicis suis in porta. Gloria Patri, &c. Psalm. 127.

BEATI omnes, qui timent Dominum: qui ambulant in vijs eius. Laborcs manuum tuarū quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Vox tua sicut vitis abundans:in lateribus domus tuæ. Filiij tui, sicut nouellæ oliuarum:in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur ho mo: qui timet Dominum. Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videoas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ. Et videoas filios filiorum tuorum pacem super Israel. Gloria Patri, &c.

Psalm. 128.

Sæpe expugnauerunt me à iuuétute mea: dicat nunc Is rael. Sæpe expugnauerūt me à iuuentute mea: etenim nō potuerūt mihi. Supra dorsum meū fabricauerūt pec catores:prolongauerūt iniquitatē suam. Dominus ius tus concidet ceruices peccatorū:confundat, & conuer tatur retrorsum omnes, qui oderūt Sion. Plant, sicut fœ nū tectorū: quod priusquā euellatur, exaruit. De quo non impleuit manū suam, qui metit:& sinum suum, qui manipulos colligit. Et nō dixerunt, qui præteribat, bene dictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini. Gloria, &c. ¶ Pater noster. Et ne nos, &c. ¶ Sed libera nos à malo. ¶ Dñe exaudi orationem meam. ¶ Et clamor meus ad te veniat. ¶ Dominus vobiscū. ¶ Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Benedictio

OMnipotens sempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus assistis, totus operaris: adesto supplicationibus nostris, & huius domus ædificatæ sis protector: & nulla hic nequitia contrariæ potestatis obstat: sed virtute Spiritus Sancti operante fiat tibi hic seruitum, & deuota libertas existat. Per Christum Dominum nostrum. **R**esp. Amen.

Luego diga estos cinco Psalmos con la misma ceremonia, que los primeros. **P**salm. 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. **F**iat aures tuæ intendentes: in vocé de precationis meæ. **S**i iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? **Q**uia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinuite Domine. **S**ustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino. **A**c custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino. **Q**uia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio. **E**t ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius. **G**loria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c. **P**salms. 130.

Domine non est exaltatum cor meum: neq; elati sunt oculi mei. **N**eque ambulaui in magnis: neque in mirabilibus super me. **S**i non humiliter sentiebā: sed exaltavi animam meam. **S**icut ablaestatus est super matre sua: ita retributio in anima mea. **S**peret Israel in Domino: ex hoc nunc, & usque in sæculum. **G**loria Patri, & Filio, &c. **P**salms. 131.

Memento Domine David: & omnis mansuetudinis eius. **S**icut iurauit Domino: votum vouit Deo Ia-

cob. si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectum strati mei. si dedero somnum oculis meis: & palpebris meis dormitionem. Et requieni temporibus meis, donec inueniam locum Domino: tabernaculū Deo Iacob. Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis syluæ. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius. urge Domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tuæ. Acedentes tui induantur iustitiā: & Sancti tui exultent. propter David seruum tuum: non auertas faciem Christi tui. Juravit Dominus David veritatem, & non frustabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. si custodierint Filij tui testamentum meum: & testimonia mea hæc, quæ docebo eos. Et filij eorum usque in sæculum: sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitionem sibi. Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Videlicet eius benedicēs benedicam pauperes eius saturabo panibus. Acedentes eius in duā salutari: & Sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producā cornū David: paraui lucernā Christo meo. Inimicos eius in duam cōfussionē: super ipsum autem effloreat sanctificatio mea. Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalms. 132.

Ecce quam bonum, & quam iucundum: habitare fratres in unum. sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam Aaron. Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Quoniam illic mandauit Dominus benedi-

cōtionem:

Benedictio

cionem : & vitam usque in sacerdolum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper, &c.

Psalmus.133.

Ecce nunc benedicite Dominum: omnes serui Domini. Qui statis in domo Domini: in atris domus Dei nostri. In noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicite Dominum. Benedicat tibi Dominus ex Sion: qui fecit cœlum, & terram. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Verf. Et ne nos inducas in temptationem. Resp. Sed libera nos à malo.

Oremus.

Deus, qui in omni loco dominationis tuæ dedicator assistis, exaudi nos quæsumus; ut in uiolabilis maneat huius domus benedictio: & beneficia tui muneris vniuersitas, quæ supplicat, mereatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Esto acabado, estando en la parte principal de la casa, diga el Euangilio siguiente.

Verf. Lectio Santi Euangeli secundum Lucam.

Resp. Gloria tibi Demine.

N illo tempore. Ingressus Iesus parambulabat Hierico. Et ecce vir nomine Zacheus: & hic erat princeps publicanorum: & ipse diues. Et querebat Iesum videre quis esset, & non poterat præ turba, quia figura pusillus erat. Et præcurrens, ascendit in arborem siccomorum, ut videret illum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum.

Zachæ

Zachæ festinans descendit: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & suscepit illum gaudens. Et cum viderent omnes murmurabant, dicens, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stas autem Zacheus, dixit ad Dominum. Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadrupulū. Ait Iesus ad eum: quia hodie domui huic salus facta est; eo quod & ipse filius sit Abraham. Venit enim filius hominis querere, & saluum facere quod perierat. Laus tibi Christe.

Luego bendiga el Incienso con la siguiente bendicion.
PER intercessionem beati Michaelis Archangeli stantis
à dextris altaris incensi, & omnium Sanctorum Angelorum incensum istud digneris bene ☩ dicere, & in odorem suavitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Aqui ponga el Incienso en el fuego, y diga:
Vers. Incensum istud à te benedictum ascendat ad te Domine. Resp. Et descendat super nos misericordia tua.

Oremus.

Visita, quæsumus Domine habitationem istam: & omnes insidias inimici ab ea longe repelle: & Angeli tui Sancti habitent in ea qui nos in pace custodiunt: & benedictio tua sit super nos, & eam semper. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen.

Benedictio

Benedictio

Benedictio Panis.

Verf. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp.
Qui fecit cœlum, & terram. Verf. Dominus vobiscum.
Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine Iesu Christe, panis Angelorum, panis viuus,
& æternæ vitæ, bene  dicere dignare panem istū,
sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut omnes ex
eo digne gustantes inde corporis, & animæ desiderabi-
lem percipient sanitatem. Per Christum Dominum no-
strum. Resp. Amen.

Visitatio Ecclesiæ Parochialis.

Quando el Obispo viniere a visitar alguna Iglesia Paro-
chial, el Vicario, o Retor, o Beneficiado mas antiguo, o
el semanero reuelido con Capa blanca, y todos los Cle-
rigos con Sobrepellizes, llevando la Cruz delante sal-
dran en proceſſion a la puerta de la Iglesia a recebirle, y
en llegando el Prelado, los Clerigos cantaran esta Aña.

Sacerdos, & Pótifex, & virtutum Opifex; pastor bone
in populo ora pro nobis ad Dominum.

Mientras se canta esta Antifona llegaran a el Altar ma-
yor, ante el qual este adereçado, y puesto sitial, donde se
hinque de rodillas, hasta que se acaben las Oraciones.
El Sacerdote dize con voz alta.

Verf. Saluum fac seruum tuum. Resp. Deus meus spe-
rantem in te. Verf. Mitte ei auxilium de Sancto. Resp.
Et de Sion tuere eum. Verf. Nihil proficiat inimicus
in eo. Resp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Verf.

Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus humilium visitator, qui eos paterna dilectione consolaris, in quibus habitas; prætende societati nostræ gratiam tuam, ut in nobis tuum sentiamus aduentum. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Acabada la oracion, el Obispo subira a el Altar, y besará en medio del, y echará la bendicion solemnemente, predicará, y dirá a que à venido, y que tiene que hacer.

Esto acabado, aquell dia (si se puede có comodidad) dirá Missa, ó otro en su lugar; y antes del Sermon se leera el Edito general. Acabada la Missa echará la bendicion.

Despues de lo qual, sino viiere celebrado, se pondra Amito, Alua, Estola, y Capa blanca, y visitara el Santissimo Sacramento en la forma siguiente: El Vicario, Retor, ó Beneficiado mas antiguo, ó el Diacono (si alguno estuiere vestido) tomará la Naueta, y pôrta Incienso sin bendecirlo, y si el Sagrario estuiere abierto, pongalo en el Incenfario, y hincandose de rodillas, Incensara tres veces el Sacramento. Despues levantandose mirará si está seguro, y limpio, &c. Todo lo qual concluydo, se bolucrá a hincar de rodillas, y pondra sobre la Patena la mayor Ostia, y la mostrará a el Pueblo, y en el interin los Cletigos cantaran el Hymno: **Pange lingua gloriosi corporis, &c.** Vers. **Panem de cœlo præstitisti eis.** Ref. **Omne delectamentū in se habentē.** Y el Prelado, dize:

Oremus. **Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuz memoriam reliquisti; tribue quæsumus, ita**

nos corporis, & sanguinis tui sacra misteria venerari, vt
redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus.
Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Resp. A-
men.

Lucgo boluera el Santissimo Sacramento a el Sagrario
y lo encerrará. Despues el Prelado si vuiere celebrado.
dexando la Casulla, y el Manipulo, se porna Capa blan-
ca, y irà a la Pila del Baptismo con los Clerigos, y la de-
mas gente del Pueblo con la Cruz delante, y velas en-
cendidas, y Incensario, y vno de los Clerigos lleuará jun-
to al Prelado las Chrismeras del Chrisma, y Olio de los
Catechumenos, y otra del Santo Olio, y miétras se can-
tará el Responso, o trato que se dice el Sabado Santo.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum; ita desiderat
anima mea ad te Deus. Vers. Sitiuit anima mea ad
Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante
faciem Dei. Vers. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes
die, ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, ubi
est Deus tuus? O cantesel el Hymno.

Veni creator Spiritus, mentes tuorum visita, imple su-
perna gratia, quæ tu creasti pectora.

Y auiendo llegado a la Pila, el Prelado echará Incienso
en el Incensario, teniendo vno la Naueta, como queda
dicho arriba, y sobre la Pila visitará las Chrismeras de
ambos Olios, y luego se dirá:

Vers. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Ref.
Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.

Despues dirá el Prelado: Dominus vobiscum. Resp.
Et cum spiritu tuo. Orcamus.



Deus, qui corda fidelium, Sancti Spiritus illustracione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere; & de eius semper consolatione gaudere.

Deus, qui diuersitatē gentium in confessione tui non minis adunasti; da ut renatis fonte baptismatis, vna sit fides mentium, & pietas actionum.

Ecclesiæ tuæ quæsumus Domine preces placatus admittit; vt destructis aduersitatibus, & erroribus uniuersis secura tibi seruias libertate. Per Christū. **R.** Amén.

Despues el Prelado, dexando la Capa blanca tomara vna negra, y proseguirà la Procesion desde la puerta de la Nave de enmedio dela Iglesia, yendo delante la Cruz como queda dicho arriba. Y se irán cantando solemne mente los Responsos. **P**ro defunctis, con sus oraciones

Deus, qui per inter Apostolicos. Deus venia largitor Et Deus, cuius miseratione. Y el Resp. Ne recordaris, con sus Versos, y Oraciones. **D**eus, qui inter Apostolicos. **D**eus venia largitor. Sedize en la Iglesia. Y otro Responso se dirá en el Cementerio con sus Versos, y esta Oracion.

Oratio.

Deus, cuius miseratione animæ fidelium quiescunt, famulis, & famulabus tuis omnibus, hic, & ubique in Christo quiscentibus da propitijs veniam peccatorum; ut à cunctis reatibus absoluti tecum sine fine latentur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Y boluiendose a la Iglesia, cantaran el Responso. Libera me Domine, con sus Versos, y la Oracion Fidelium. La qual se dirá en mitad dela Iglesia, y al fin se dirá el Verso Requiem æternam dona eis Domine. Resp. Et lux per

Visitatio

petua luceat eis. Vers. **Requiescant in pace.** Resp.
Amen.

Luego el Obispo leuantando la mano derecha echará la bendicion en todas las sepolturas de vna parte, y otra y desta manera se concluyra con el Oficio.

Despues de lo qual podra el Obispo proseguir adelante con su visita. Si el Obispo no visitare la Iglesia personalmente; sino orro en su lugar; no ay para que se haga la procession para recebirlo; y todo lo demas se haze, como arriba queda dicho.



INDEX EORVM, QVAE in hoc Manuali continentur.

PRIMA PARS MANVALIS.

Canones generales administrationis Sacramentorum.	Fol. 2
De Sacramento Baptilnii.	Fol. 2
Canones administrationis Sacramenti Baptismi.	fol. 2
De Patrinis.	fol. 2
De materia, & forma, & modo Ablutionis.	fol. 3
De tempore, & loco Baptismi celebrandi.	fol. 3
De Vnctionibus Chrismatis, & Olei.	fol. 4
De Baptismo eorum, qui de vita periclitantur.	fol. 4
De Baptismo Adulti.	fol. 5
De impositione nominis.	fol. 5
Benedictio Fontis.	fol. 5
Ritus Sacramenti Baptismi.	fol. 7
Admonitio ex Catechismo Romano vulgari sermone.	fol. 20
De Baptismo Adulorum.	fol. 25
Aduertentiae pro dubijs ocurrentibus circa Baptismata Aetiorum, & aliorum Infidelium.	fol. 26
De Sacramento Confirmationis.	Fol. 30
De Sacramento Pœnitentiaæ.	Fol. 30
Canones administrationis Sacramenti Pœnitentiae.	fol. 30
De ritibus, & Ceremonijs Sacramenti Pœnitentiae.	fol. 31
Forma absoluendi à maiori Excōmunicatione.	fol. 33
Forma absolutionis minus solemnis ab excommunicatione maiori.	fol. 36.
Absolutio ab Excommunicatione minori.	fol. 37

Forma

Index.

<i>Forma dispensandi in irregularitate.</i>	fol. 37
<i>Forma absolutionis à suspensione, & Interdicto.</i>	fol. 38
<i>De Interdicto.</i>	fol. 38
<i>De Cessatione à Diuinis.</i>	fol. 39
<i>Casus Summo Pontifici reseruati.</i>	fol. 40
<i>Casus in hac Diœcesi Cordubensi reseruati Episcopo.</i>	fol. 42
<i>De Sacramento Eucharistie.</i>	Fol. 42
<i>Canones administrationis huius Sacramenti.</i>	fol. 42
<i>Ritus administrandi Eucharistiam sanis.</i>	fol. 43
<i>Modus renouandi Sacram Eucharistiam.</i>	fol. 45
<i>Ritus conferendi Infirmis Eucharistiam.</i>	fol. 46
<i>De Sacramento Extremæ Vnctionis.</i>	Fol. 49
<i>Canones administrationis Sacramenti Extremeæ Vnctionis.</i>	fol. 42
<i>Ritus administrandi Vnctionem.</i>	fol. 51
<i>De Sacramento Matrimonij.</i>	Fol. 61
<i>Canones administrationis Sacramenti Matrimonij.</i>	fol. 61
<i>Ritus Sacramenti Matrimonij.</i>	fol. 62
<i>Admonitio ad contrahentes.</i>	fol. 63
<i>Modus celebrandi Matrimonium por Poder.</i>	fol. 64
<i>Modus conferendi Benedictiones Nuptiales.</i>	fol. 66

SECVNDA PARS MANVALIS.

<i>Ordo Commendationis Animæ</i>	fol. 70
<i>Officium sepulturæ Adulorum,</i>	fol. 78
<i>Ritus Officij Sepulturæ.</i>	fol. 78
<i>Officium Sepulturæ Paruolorum baptizatorum.</i>	fol. 10

Index.

TER TIA PARS MANVALIS.

<i>Ordo ad faciendam Aquam benedictam.</i>	<i>fol. 105</i>
<i>De reconciliatione Ecclesiae pollutæ.</i>	<i>fol. 107</i>
<i>Canones huius reconciliationis.</i>	<i>fol. 107</i>
<i>Ritus reconciliandi Ecclesiae violatae.</i>	<i>fol. 108</i>
<i>De Exorcismis ad expellendos Dæmones.</i>	<i>fol. 109</i>
<i>Canones Exorcismorum.</i>	<i>fol. 109</i>
<i>Ritus exorcizandi oppressos à Dæmone.</i>	<i>fol. 111</i>
<i>Exorcismus pro coniugatis maleficiatis.</i>	<i>fol. 119</i>
<i>Exorcismus contra tempestatem.</i>	<i>fol. 122</i>
<i>Benedictio Agrorum.</i>	<i>fol. 124</i>
<i>Benedictio terre seminatae seu plantatae.</i>	<i>fol. 127</i>
<i>Benedictio pro Animalibus infirmantibus.</i>	<i>fol. 127</i>
<i>Benedictio Domus à Dæmone infestatae.</i>	<i>fol. 128</i>
<i>Benedictio Panis.</i>	<i>fol. 132</i>
<i>Visitatio Ecclesie Parochialis.</i>	<i>fol. 132</i>

